Archaeologia Cantiana Vol. 8 1872



# CHARTERS OF CUMBWELL PRIORY.

(*Continued from Vol. VI. p.* 250.)

## LIII.

[Date, prob. circa 1180.[1]]

EUSTACE DE MEREWORTH *grants a rent-charge of five shillings in* MEREWORTH, *and another of twelve-pence, to the Abbey of Cumbwell. The former is the grant which the preceding Charter confirms.*

. . . . . . . . . . . quod ego EUSTACHIUS concessi domui de Combwell et fratribus ibidem deo . . . . . . . . . . MAREWE v solidos et xii denarios aput clivum annuatim pro animabus solidos ad Pentecostem et EADWARDUS filius KECH ad festum Sancti Michaelis . . . . . . . . . . . ROBERTUS filius SEDEHEN patris et . . . . . . . . . . et feminarum mearum et pro me ipso. Ex his autem prefatis v solidis EGELIUS . . . . . . . . . .

[1] At least as early as this, by evidence of the handwriting. I have placed this Charter after the preceding, though anterior in date, as being in its mutilated condition chiefly intelligible by the light of the earlier one. Very nearly half of the parchment is torn away and lost, the right hand portion, including fortunately just so much as to preserve the seal, being all that remains. We gather from the two Charters that Eustace de Mereworth had two sons, Stephen and Robert, the former of whom, as the eldest, he calls in his own Charter his "heir," in spite of the maxim—"nemo est hæres viventis." But Stephen would appear to have predeceased his father, and Roger, the younger, to have been eventually the heir. See also the Fine between this Roger and the Prior of Leeds in 1214, concerning the advowson of Mereworth Church. Arch. Cant. VI. p. 230.

The animal represented on the seal of Eustace is probably intended for the same as that on the seal of his son appended to Charter LII.—apparently a mule.




From English, Danish, and Swedish Chronicles.

- A. Genealogy of the Kings of Kent (Æscings).
- B. „ „ „ E. Anglia (Wivings or Wuffings).
- C. „ „ „ Mercia.
- D. „ „ „ Deira.
- E. „ „ „ Bernicia (Beornicas).
- F. „ „ „ Wessex (Gewissas).
- G. „ „ „ Essex.
- H. „ „ „ Lindsey (Lindisfaras).
- I. „ „ „ Denmark.
- K. „ „ „ Sweden.

From Jordanis, Warnefrid, and Beowulf.

- *a.* Genealogy of the Kings of the Ostrogoths.
- *b.* „ „ „ Longobards.
- *c.* Folcwalda and Fin (the latter cotemporary with Hencgest II.).
- *d.* Scyldings (Scyld supposed to have settled in Northumbria, A.D. 375; Healfdene cotemporary with Hencgest II.; Hrothgar reigned for 50 years and more, at Hart, in Durham.)
- *e.* Line of the Iclings (supposed collateral with C).
- *f.* Waelsings (Sigemund cotemporary with Healfdene and Heremod.)
- *g.* Wonred and his sons (the latter subjects of Hygelac; Wulf supposed to be mentioned in a poem of Taliesin, as an antagonist of Urien of Rheged, 6th century).
- *h.* Geats or Hrethlings (Hygelac cotemporary with Offa, C; called nephew of Swerting, D; supposed to have reigned in E. Anglia before Wiwa; killed in battle by the Franks, c. A.D. 511).
- *i.* Wægmundings in Norfolk (Beowulf reigned in Durham after the Scyldings; at feud with the people of Wiwa, or Wivings, ever after the fall of Hygelac).
- *k.* Sweos (cotemporary with Hygelac and Beowulf; supposed to have been settled in N. Yorkshire).

vi$^{d}$. et relicta Hericun iii$^{d}$. et ad eundem terminum . . . . . . Hos vero prefatos v solidos de Marew. Stephanus hæres meus mecum . . . . . . . . . . . in elemosinam optulit. His testibus Rogerus filius Œlfw. Ordricus Barum Alfricus filius Estm. Saled Juvenis Johannes filius Ordm. Lifwinus Smart . . . . . . . . . . Sacristan de Pecham Toma Clerico Simone clerico de Hardres Roberto Sacristano de Est Pecham . . . . . . . . . . de Rocheie et hoc vidente Halimot.



*In dorso,* in contemporary hand : "Eust. de M . . ."

---

1st. wife=Eustace de Mereworth=2nd. wife.
Circa 1180.
|
Stephen.
Alive circa 1180.

---

## LIV.

[Date, before 1215.[1]]

William *son of* William de Detling *grants to the Abbey of Cumbwell* 33 *acres of his demesne land adjoining their own land*

[1] This being our date for the death of Stephen de Thurnham, who is a witness.

*at a quit-rent of 3 shillings, and in consideration of 4 marks to himself and 2 bezants to* Matilda *his wife.*

Willelmus filius Willelmi de Detlinge omnibus hominibus suis et amicis tam Francis quam Anglis salutem. Sciant—etc., quod ego Willelmus filius Willelmi de Detlinge concessi—etc. Abbati et Conventui de Cumbwell xxx$^{ta}$iii$^{es}$ acras de dominio meo que jacent juxta terram eorum supra montes a parte occidentali tenendas—etc., reddendo per annum iiii$^{or}$ solidos pro omni servitio scilicet ad natale domini xii d. ad pascam xii d. ad festum Sancti Johannis Baptiste xii d. ad festum Sancti Michaelis xii d. Et pro hac concessione et confirmatione predicti Abbas et Conventus dederunt mihi Willelmo iiii$^{or}$ marcas argenti et Mathilde uxori mee duo visantia. Ipse vero Willelmus et heredes sui warantizabunt nobis predictam terram contra omnes homines tam Xtianos quam Judeos. Hiis testibus Stephano de Torneham Rodberto fratre ejus Michaele de Burn Wivardo clerico Gervasio et Roggero Philippo de Detling Elrico de Detling Lamberto de Detling Elvordo Willelmo clerico Leefwordo de Detling Eastmundo et Driu et Alano de Turneham Rodberto filio Johannis et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso*: "Will. de Dedling," and by Le Neve, "Carta Willi. fil. Willi. de Detling Canonicis Cumbwell terr. in Detling."

William de Detling=

William=Matilda.

[circ. 1212.]

---

LV.

[Dated 12 Ed. I., 1284.]

William de Dettlinge *son and heir of* William de Dettlinge *grants to the Priory of Cumbwell all his claim in a certain wood which* Stephen de Thorneham *once held of his ancestors.*

Sciant—etc. quod ego Willielmus de Dettlinge filius et heres Willi de D . . . . confirmavi et ex toto pro me et heredi-

bus meis in perpetuum quietum clamavi deo et ecclesie beate mar. . . . . servientibus et eorum successoribus in liberam etc. elemosinam totum jus et clamium . . . . . bosco quem STEPHANUS DE THORNEHAM quondam habuit et tenuit de predecessoribus meis in qu . . . . . mandam quam habui vel aliquo modo habere potui vel heredes mei in posterum versus predictam . . . . . successores de herbergagio terrarum et tenementorum que et quos predicti canonici de me h . . . . . . . LINGE et omnem demandam quam habui vel habere potui ego vel heredes mei de r . . . . nomine predictorum tenementorum et terrarum predictarum que et quas de me et heredibus . . . . . habent et haberunt in perpetuum. In cujus rei testimonium hec presens scriptura sigilli mei . . . . . Regis Edwardi filii Regis H. duodcimo (*sic*) Hiis testibus JOHANNE DE CAPELLA JOHANNE GER . . . . . DE LA HOK JOHANNE DE LA WARE HAMONE DE LA DUNE WILLÕ FAUKES HABRAHAM LE HA . . . . . DELLI LAURENCIO DE ENGHERST et multis aliis.



*In dorso:* "Carra Willi. de Dettling militis," and by Le Neve, "Canonicis Cumbwell bosci quod Stephanus de Thornham tenuit de eo. 12 E 1mi."

---

William de Dettlinge=

William de Dettlinge.
Son and heir, 1284.

## LVI.

[Date, prob. shortly after 1218.[1]]

*Alice Countess of Ewe or Augi, in her widowhood; grants to the Priory of Cumbwell the tithe of the bread and cake, expended in her house in the Rape of Hastings, for the good of her own soul and that of Ralph de Issodon her late husband.*

Sciant—etc. quod ego Aliz Comittisa Augi[2] in viduitate et liberâ potestate meâ constituta dedi—etc., Deo et ecclesie Beate Marie Magdalene de Cumbwell et canonicis—etc., pro salute anime mee et bone memorie Radulfi de Issodon quondam viri mei et pro animabus omnium antecessorum et heredum meorum decimam totius panis et coquine que expendentur in domo mea in Rapo de Hastinges ubicunque fuero ad cultum meum—habendam etc. in liberam etc. elemosinam de me et heredibus meis in perpetuum. Et ego predicta Aliz et heredes mei warantizabimus—etc. Et ut hec—etc. presentes literas sigillo meo signatas predictis canonicis tradere dignum dixi. Hiis testibus Simone de Ecchingham Reginaldo de Bernebal Willelmo de Gredlee Laurentio de Mendefeld Willelmo de Woeham Ricardo de Esberneham Milites Herberto de Burgesse Andrea de Oxerode Galfrido de Racchel Rogero de Croherst et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso:* "Al. Com. Aug. de decim," and by Le Neve, "panis in domo sua expendend. infra Rapam de Hastyngs Canonicis Cumbwell. Alicia Comitissa Augi vidua Radi de Issodon."

---

Alice, Countess of Ewe=Ralph de Issodon.

1 Death of Ralph de Issodon.

2 Alice, Countess of Ewe, was daughter and heiress of Henry, Count of of Ewe, in Normandy, to whose grandfather the Conqueror had given the Honour of Hastings. Her husband, Ralph de Issodon, or Ysondon, was during his life Count of Ewe in her right. She appears to have survived him till as late as 1245. (See Dugd. Bar. I. 137.)

## LVII.

[Date, prob. *circa* 1220.[1]]

WILLIAM DE PLUNTON *grants to the Priory of Cumbwell his land in* CRANBROOK *called* EILLMEREGGE, *which* BRUNIGG *and* ORDMAR CUPARIUS *held of him, on condition that the monks keep his anniversary as for a brother of their order.*

Sciant—etc. quod ego WILLELMUS DE PLUNTON intuitu dei et pro salute anime mee et antecessorum et heredum meorum dedi—etc. deo et ecclesie sancte marie magdalene de Cumbwell et canonicis—etc. in liberam—etc. elemosinam Totam terram quam BRUNIGGUS et ORDMARUS CUPARIUS et antecessores sui tenuerunt de me et antecessoribus meis in parochia de CRANEBROC que vocatur EILLMEREGGE cum omnibus pertinentiis suis in boscho et plano que saltem jacet juxta terram de CUMDENNE ex parte orientali. Quam terram prefatus ORDMARUS et heredes sui habebunt et tenebunt de amdicta ecclesiâ faciendo eidem servitium quod mihi et antecessoribus meis facere solebant. Ita sane et plene quod nichi uris mihi vel heredibus meis inde retinui in posterum Salvo servitio domini Regis quod idem ORDMARUS et heredes sui facient. Et Conventus de Cumbwell die anniversarii mei facient servitium sicut pro fratre suo. Et ego W. DE PLUNTON et heredes mei warantizabimus—etc. Et ut hec—etc., sigillo meo corroboravi. Hiis testibus EILWARDO CARPENTARIO WILLELMO filio ejus RADULFO DE BERINDENNE GODWINO PING SIMONE LOVEL WLUARDO serviente WILLELMO POTIN RICARDO clerico et multis aliis.

[Seal hopelessly broken.]

*In dorso:* "Willi de Plunton," and by Le Neve, "donatio terræ in Cranebroke in Kanc. Canonicis Cumbwelle."

---

Eilward Carpentarius=

William.

---

[1] By evidence of the handwriting.

## LVIII.

[Date, prob. *circa* 1240.[1]]

EYLNOTH, *son of* ORDMAR CUPARIUS, *grants to the Priory of Cumbwell a rent-charge of three pence on his tenement held by his brothers* WALTER *and* GODFREY.

Sciant—etc. quod ego EYLNOTHUS filius ORDMARI CUPARII dedi—etc. Deo et ecclesie Sancte marie Magdalene de Cumbwell et canonicis—etc., in liberam—etc. elemosinam tres obolos redditus quos WALTERUS et GODEFRIDUS fratres mei et heredes eorum solvent annuatim dictis canonicis ad festum Sancti Michaelis quos consuerint michi reddere de Tenemento quod tenuerunt de me. Et ego predictus EYLNOTHUS et heredes mei warantizabimus—etc. Et ut mea donatio—etc., sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus HENRICO DE SPONLEE SIMONE DE HERTLEE ROBERTO fratre ejus RIULFO WAN RADULFO pistore RADULFO filio EMME WILLELMO filio EADMUNDI ROBERTO COC OSBERTO CASTELEIN et multis aliis.



*In dorso:* "Carta Eilnothi de iii. ob. redditus," added later, "Cuperii." and by Le Neve, "Canonicis Cumbwell facta."

Ordmar Cuparius=

Eylnoth. Walter. Godfrey.

=

Simon de Hertlee. Robert.

[1] By evidence of the handwriting.

## LIX.

[Date, circ. 1220.[1]]

ROBERT DE ELDEHAM *grants to the Priory of Cumbwell a rent-charge of two shillings, payable annually at his house of* ELDEHAM.

Sciant—etc. quod ego ROBERTUS DE ELDEHAM pro salute anime mee et animarum antecessorum et heredum meorum dedi —etc. deo et ecclesie Beate marie magdalene de Cumbwell et canonicis—etc. in liberam—etc. elemosinam duos solidos redditus solvendos annuatim certo eorum nuncio infra octavas Sancti Michaelis apud domum meam de ELDEHAM. Ita quidem quod si ego vel heredes mei defecerimus in solutione dictorum duorum solidorum infra dictas octavas dabimus nomine pene duodecim denarios simul cum principali redditu. Et ut hec—etc., sigillum meum apposui. Hiis testibus Domino ANSELMO vicario de WROTEHAM[2] BARTHOLOMEO capellano ejusdem loci THOMA DE ELDEHAM WILLIELMO DE ELDEHAM WALTERO preposito RADULFO DE CUMBWELL HENRICO serviente de THORNEHAM WILLELMO serviente de LOFHERST ADAMO ROBERTO JOHANNE HENRICO servientibus de Cumbwell et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso:* "Robertus de Eldam," and by Le Neve, "redditus 2 solidorum per ann. apud Eldeham, Kanc."

---

## LX.

[Dated 1245.]

JOHN (DE GODINTONE) *son of* ROBERT DE ELDEHAM *confirms the preceding grant of his father and adds to it two shillings from himself.*

Sciant—etc., quod ego JOHANNES filius ROBERTI DE ELDEHAM concessi—etc. pro salute anime mee et animarum antecessorum

[1] By evidence of handwriting.

[2] Note the new Vicar of Wrotham to add to Hasted's list. The "Bartholomeus capellanus ejusdem loci" was probably Priest of one of the Chantries, of which there still remain evidences in the structure of Wrotham Church.

meorum donationem quam ROBERTUS pater meus fecit Deo et ecclesie Beate marie magdelene de Cumbwell et canonicis—etc. de duobus solidis annui redditus solvendis annuatim eorum certo nuncio infra octavas Sancti Michaelis apud domum meam de ELDEHAM sicut carta predicti ROBERTI patris mei testatur. Dedi etiam et concessi et hac carta confirmavi dictis canonicis de Cumbwell alios duos solidos redditus in liberam —etc. elemosinam solvendos predictis termino loco et nuncio simul cum primis duobus solidis quos habent de dono patris mei. Et ut predicta donatio mea et confirmatio facta de donatione patris mei rata permaneat—etc., sigilli mei appositione roboravi Hiis testibus ADAMO DE HOCH ROBERTO COC WILLELMO HELION ROGERO ROBERTO GILBERTO (Gō) WILLELMO JOHANNE tunc servientibus de Cumbwell Et aliis. Datum apud Cumbwell anno domini m°.cc°.xl°v°. ydus Januarii.



*In dorso:* "Carta Johannis de Eldeham," and by Le Neve, "confirmationis Robti de Eldeham patris sui donationis reddit. in Eldeham Canonicis de Combwell, 1245."

---

Robert de Eldeham=

John de Godintone, 1245.

---

## LXI.

[Dated An. 1229.]

ADAM *son of* GEOFFREY DE COLINTON *grants all his right to the lands of* COLINTON *to the Priory of Cumbwell, for the sum of forty shillings.*

Sciant etc.—quod ego ADAM filius GALFRIDI DE COLINTON concessi etc.—Deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbwell et Canonicis etc.—totum jus et totum clamium quod ad me vel da heredes meos aliquo jure in terrâ de COLINTON potest vel poterit pertinere cum omnibus pertinentiis suis. Pro hac autem concessione et juris mei quieta clamatione et carte hujus confirmationefactis et recordatis in plena Curia de Cumbwell Anno incarnationis m°.cc°.xxix°. dederunt mihi prior et conventus quadraginta solidos sterlingorum. Ut autem hec concessio etc.,—huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus NICHOLAO LONDON BENJAMIN DE SOWELL ROGERO DE CROHERST HENRICO DE TIRDESHESSE WALTERO DE GUHERST RICARDO clerico RADULFO WAN OSMERO FULLONE et Curia de Cumbwell et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso :* "Adam de Colinton," and by Le Neve, "de terra at Colinton dat. Canonicis de Cumbwell." In earlier hand, "Rakele."

---

## LXII.

[Date, probably circa 1230.[1]]

*Counterpart of agreement for perpetual lease of two mills and a piece of land at* RACCHEL *by the Priory of Cumbwell to* GEOFFREY DE RACCHEL, *at an annual rent of twelve shillings, with certain covenants on both sides.*

Hic est conventio facta inter H. priorem et conventum de Cumbwell ex una partę, et GALFRIDUM DE RACCHEL ex ex (*sic*)

[1] Richard Wethershed or Magnus having been consecrated Archbishop in 1229.

altera scilicet quod prior et conventus tradunt ad firmam perpetuam fidem GALFRIDO et heredibus suis utrumque molendinum suum et situm eorundem de RACCHEL et terram versus occidentem sicut Rivulus qui se extendit ab anglo molendini usque ad finem veteris vie dure et foveam que circumdat terram illam et adcapitat ad terram WALTERI DE SUMERY cum vestiturâ et duas insulettas ex altera parte aque et angulum cujusdam campi retro molendini fossatum et terram que dicitur BISSOPESHAM. Habendas et tenendas libere et quiete hereditarie reddendo inde annuatim scilicet ille et heredes sui duodecim solidos redditus apud Cumbwell ad quatuor terminos anni scilicet ad pascham tres solidos ad festum Sancti Johannis tres solidos ad festum Sancti Michaelis tres solidos ad nativitatem domini tres solidos pro omni servitio et consuetudine et seculari demanda—salvis tamen priori et conventui tota aqua in quantum tenementum ipsorum durat et via competenti ad cariandum bladum et fenum et omnia alia et ad fugandum et deamblandum pedes et eques omni hora pro voluntate domus. Sciendum vero quod dictus GALFRIDUS nec per se nec per aliam personam quamcunque retia tendet per illum vel suos vel aliquod genus ingenii piscationis apponet de quibus aliquod genus piscis capere possit nec piscarias domus de Cumbwell impediet per se vel per alium quo minus piscis capi possit. Et sciendum est quod prior et conventus invenient dicto GALFRIDO et heredibus suis vias rationabiles ad molendinum tam in COLINTON quam in RACCHELE et facient ei hesiam rationabilem per quam ingressus et egressus de tenemento suo de RACCHEL pateat versus molendinum. et ipse G. et heredes sui conservabunt indempnitatem domus de Cumbwell provenientem ex ipsa hesia. Et si forte aliquis vicinus inquietaverit dictum GALFRIDUM vel suos per breve domini Regis de recursu aque ad nocumentum liberi tenementi sui Dictus prior et conventus warantizabunt dicto GALFRIDO et heredibus suis altitudinem stagni molendini prout fuit die quo magister RICARDUS MAGNUS confirmatus fuit in Archiescopatum Cantuariensem nisi dictus G. vel sui permittunt stagnum deperire. Ut autem hec firma et conventio robur habeat firmitatis huic scripto utriusque partis signa sunt apposita. Hiis testibus HENRICO DE TIRDESSE BENJAMINO DE SOWELL EGIDIO DE PESSELE WALTERO clerico SIMONE DE MORA

RICARDO clerico HENRICO WALTERO JOHANNE servientibus de CUMBWELL et multis aliis.



*In dorso :* "Inter G. de Rachel et Cumb;" and by Le Neve "Carta Prioriæ Cumbwell facta Galfr. de Rachel pro molendino de Rachel cum diversis convencionibus notatu prædignis."

---

## LXIII.

[Dated March, 1230.]

*Charter of* RICHARD (MAGNUS), *Archbishop of Canterbury, whereby,—after citing a letter to him from* CLEMENT, *Abbot of the Præmonstratensians, which states that the Priory of Cumbwell has been charged by the Abbot of* BAYHAM *with having deserted the Præmonstratensian Rule, and refers the matter to him,—he orders, after holding a Visitation of the Priory, that it should conform to the Augustinian Rule, as practised by the Canons of* WALTHAM.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis R. permissione divinâ Cantuariensis ecclesie minister humilis Totius Anglie primas salutem in domino. Litteras CLEMENTIS Ecclesie Premonstratensium Abbatis et Abbatum ejusdem ordinis in capitulo generali constitutorum Suscepimus in hec verba.

Cum de communi consilio generalis capituli Prior et conventus de Cumwell ab Abbate de BEGEHAM nostri ordinis fuerint

impetiti eo quod nostrum ordinem rejecissent quem eosdem gestasse aliquando notum est et certum et hoc rationabiliter factum fuerit sicut credimus et de jure tamen quam eandem domum in protectionem vestram et defensionem accipere voluistis eam tanquam vestram et ecclesie vestre per omnia reputantes—habito super hoc consilio diligenti totam causam conscientie vestre duximus relinquendam de vestrâ bonitate discretione et prudentiâ confidentes et sperantes immo plenissime presumentes quod vos qui tanquam speculum in ecclesiâ Dei et quasi columpna inmobilis facti estis scientiâ pariter et doctrinâ a viâ rectitudinis et justicie suggestione aliquâ deviare non velitis cujus fama defecata ubicunque diffundit suavitatis odorem—siquidem quantumcunque nobis super dicta domo prejudicium generetur quequunque ad nostrum ordinem habuit directe respectum quia contra vestram offensam in aliquo incurrere non vellemus et si maximum juris nostri patiamur forsitan detrimentum ut supradictum est—vobis ordinationem dicte domus duximus relinquendam ut inde faciatis quod honori vestro et saluti dictorum prioris et conventus videritis expedire scituri quod nos venerabili Abbati de Begeham dedimus in mandatis ut supersedeat in causa predicta. Valete in domino. Datum Premonstrati in capitulo generali anno gratie m°. cc°. vicesimo nono.

Nos igitur ad dictum Monasterium de Cumbwell juxta officii nostrius debitum ratione visitationis personaliter accedentes invocata spiritus sancti gratiâ de virorum prudentum nobis assidentium consilio ita duximus ordinandum—videlicet quod prior qui pro tempore fuerit et conventus ejusdem loci tam in victu quam in vestitu regulam beati Augustini sequantur eo saltem modo vivendo quo canonici de Waltham vivere dinoscuntur.[1] Prenominatum etiam monasterium cum omnibus per-

[1] Harold's Foundation at Waltham had remained a College of Seculars, as he left it, till the reign of Henry II., when charges of lax discipline were brought against it, and its Dean, Guido Ruffus, was in 1174 suspended from his office and orders by Archbishop Richard, the successor of Thomas Becket. (Ralph de Diceto, Twysd. 583.) Early in 1177 the Dean and Canons resigned their offices into the Archbishop's hands at a Council held at Northampton; and shortly afterwards, on the 11th of June in the same year, sixteen Augustinian Monks were introduced at Waltham, and the foundation constituted an Abbey, in the presence of the King himself (Id. 598. John Bromton, id. 1118–9. Hoveden, 320. Gervase, Twysd. 1434.)

tinentiis suis sicut et[1] . . . . . . . . sub dei et nostra et ecclesie nostre protectione suscepimus decernentes ipsum monasterium nobis [et suc] cessoribus et ecclesie nostre immediate subjacere et ad nullum aliud monasterium . . . . [aliquo] jure pertinere. Et in hujus nostre ordinationis testimonium huic scripto sigillum [nostrum apposuimus]. Datum anno domini M°. CC°. tricesimo mense martio.





*In dorso:* [original indorsement obliterated:] by Le Neve, "Carta R. Cant. Archiepiscopi Canonicis de Combwell, Kanc. Ric. Wethershed."

---

## LXIV.

[Date, very shortly after the preceding.]

*Charter of Inspeximus by* NICHOLAS *Abbot of* FAVERSHAM, RICHARD *Abbot of* BATTLE, THOMAS *Prior of* ST. GREGORY, CANTERBURY, *and* F. *Prior of* LEDES, *citing a letter from* CLEMENT *Abbot of the*

[1] The parchment is torn at the end of this charter.

*Præmonstratensians, to the Abbot of* BAYHAM (*dated* 1229), *which commands him to proceed no further in the matter which is the subject of the foregoing Charter, as displeasing to the Archbishop.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis NICHOLAUS dei gracia Abbas de FAVERSHAM RICARDUS eadem gracia Abbas de BELLO THOMAS dei paciencia Prior SANCTI GREGORII CANTUARIE F. eadem patiencia Prior de LEDES eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos litteras patentes Domini CLEMENTIS Premonstratensium Abbas et Abbatum ejusdem ordinis capituli generalis sigillo Abbatum ejusdem capituli signatas Abbati de BEGEHAM directas inspeximus sub hac forma.

C. dei paciencia Premonstratensium Abbas et Abbatum ejusdem ordinis Capitulum generale venerabili in Christo fratri Abbati de BEGEHAM salutem et sinceram in domino caritatem. Licet causa quam habetis adversus Priorem et Conventum de Cumbwell rationabilis sit forsitan atque . . . . quia tamen Domino Archiepiscopo Cantuariensi displicet sicut ex suis litteris ad nos missis cognovimus evidenter cum domum eandem reputet tanquam suam et nolimus ejus offensam incurrere quantumcunque nobis preiudicium inferatur—Mandamus vobis quatinus penitus supersedeatis in causa predicta cum nos eandem causam conscientie dicti Archiepiscopi duxerimus relinquendam. Litteras autem procuratorias quas habetis super causa predicta per presentes litteras penitus revocamus. Valete. Datum PREMONSTRATI in capitulo generali anno MCCXX nono.

Quod autem is sit tenor litterarum ex parte Capituli generalis Premonstratensium Abbati de BEGEHAM directarum ad instanciam Prioris et Conventus de Cumbwell presentibus litteris cum sigillorum nostrorum testimonio protestamur. Valeat universitas vestra semper in domino.

[Seals lost.]

*In dorso:* "Inspectio litterarum Premonstratensium."

## LXV.

[Date, prob. *circa* 1220.[1]]

Robert, *son of* Turbert, *grants to the Priory of Cumbwell a rent-charge of thirty-two pence payable to him by* Stephen Brid *out of land in* Sparringebroke, *and another of seven shillings and four pence, payable to him by* William *son of* Renger.

Sciant—etc. quod ego Robertus filius Turberti Intuitu dei et pro salute anime mee et animarum antecessorum et heredum meorum Dedi—etc. Deo et ecclesie sancte Marie Magdalene de Cumbwell et Canonicis—etc. in liberam—etc. elemosinam triginta duos denarios redditus quos Stephanus Brid consuevit michi reddere De terra quam tenuit de me in Sparringgebroke. Preterea septem solidos et quatuor denarios redditus quos Willelmus filius Rengeri michi debuit de terris quas tenuit de me. Et quicquid Juris in jam dictis terris vel jam dicto redditu habui vel habere potui sine aliquo retinemento. Et ego Robertus et heredes mei warantizabimus predicte ecclesie de Cumbwell jam dictos redditus et quicquid juris habui in eisdem redditibus et terris unde illi provenient contra omnes homines et feminas in perpetuum. Et ut hec—etc. hanc cartam sigillo meo roboravi. Hiis Testibus Adam de Bendeng Willelmo de Wichel Waltero de Basford Reginaldo de Esherste Waltero Scementario Willelmo filio Rengeri Roberto filio Hamonis Stephano de Ponte Jacobo Pentel Elfrics de Ponte et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso :* "Rob. fil. Turb."

---

Turbert=

Robert, circ. 1220.

---

[1] Before 1229, the date of the death of Adam de Bending, one of the witnesses. (See Gatton Pedigree, given with the earlier of these Charters.)

## LXVI.

[Date, probably even with the preceding.]

STEPHEN, *son of* EDWARD BRID, *acknowledges his liability to pay the former rent-charge granted in the preceding Charter by* ROBERT *son of* TURBERT.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit STEPHANUS filius EDWARDI BRID salutem. Noverit universitas vestra quod Ego fide media teneor[1] reddere domui de Cumbwell de annuo redditu sex decim denarios in die sancti Michaelis et Totidem in die sancti Petri ad vincula scilicet de tenemento quod tenui hereditarie de ROBERTO filio TURBERTI. Et nisi Ego et heredes mei plene predictam pecuniam infra octavas predictorum terminorum solverimus pro transgressione utriusque termini duorum solidorum penam incurremus. Promisi eciam pro me et heredibus meis quod nunquam regiam prohibicionem nec aliquid impedimentum impetrabimus quo minus ista obligacio perpetuo teneatur. Fidem quoque prestiti pro me et heredibus meis nos fideliter predictam convencionem et obligacionem in perpetuum observaturos. In hujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus ADAM DE BENDENG MATHEO GIBUN REGINALDO DE ESHERSTE CRISTIANO LASCUR THOMA filio BALDEWINI PETRO DE WALLE WALUORDO RICARDO clerico HENRICO WILLELMO GILEBERTO coco servientibus de Cumbwelle Et multis aliis.

[Seal lost.]

*In dorso:* "Stephani Brid," and by Le Neve, "Cumbwell Monaster. Kanc."

---

Edward Brid=

Stephen Brid, circ. 1220.

---

[1] Fide media teneor,—*i.e.*, as I translate it, "am bound in mesne fealty." Stephen Brid would be tenant by subinfeudation, having his own vassal-tenants under him; and being mesne-lord of the land in question by payment of the sixteenpence rent to Fitz-Turbert his superior lord, he by *this* Charter *transfers his fealty*, and *attorns tenant to* the Priory. The same expression is used by William Wyneman in the next Charter, and the rather remarkable covenant occurring in both Charters,

## LXVII.

[Date, even with the preceding.]

WILLIAM WYNEMAN, *son of* REINGER, *acknowledges his liability to pay the second rent-charge granted as above by* ROBERT *son of* TURBERT.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS WYNEMAN filius REINGERI salutem. Noverit universitas vestra quod ego fide media teneor reddere domui de Cumbwell de annuo redditu Tres solidos et octo denarios in die Sancti Michaelis et totidem in die sancti Petri ad Vincula scilicet de Tenemento quod tenui hereditarie de ROBERTO filio TURBERTI. Et nisi ego et heredes mei plene predictam pecuniam infra octavas predictorum terminorum solverimus pro transgressione utriusque termini duorum solidorum penam incurremus. Promisi eciam pro me et heredibus meis quod nunquam regiam prohibicionem nec aliquid impedimentum impetrabimus quo minus ista obligacio perpetuo teneatur. fidem quoque prestiti pro me et heredibus meis nos fideliter predictam convencionem et obligacionem in perpetuum observaturos. In hujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus ADAM DE BENDENG MATHEO GIBUN REGINALDO DE ESHERSTE CRISTIANO LASCUR THOMA filio BALDEWINI PETRO DE WALLE WULUORDO RICARDO clerico HENRICO WILLELMO GILEBERTO Coco serventibus (*sic*) de Cumbwell et multis aliis.



---

"quod nunquam regiam prohibicionem impetrabimus," etc., seems to relate to this mesne tenure, and to give us an early hint of the existence of the outcry against subinfeudation which ended seventy years later in the abolition of that mode of alienation of land, by the celebrated Act of Edward I., known as the Statute "Quia Emptores."

*In dorso:* "Wyneman fil. Rengeri." and by Le Neve, "Combwell Monast. Kanc."

Reinger =
|
William Wyneman, circ. 1220.

## LXVIII.

[Date, perhaps *circa* 1225.]

ROESIA DE DOVOR, *in her widowhood,—citing her prior Charter, by which she had granted to* ALURED DE DENE *a rent-charge of four shillings, issuing out of land in* MEDHERST, *near* EDELING-BRIDGE,[1] *—confirms to the Priory of Cumbwell the gift of the same rent-charge made by* ALURED DE DENE *to the Priory.*

Sciant—etc. Quod Ego ROESIA DE DOVOR in ligia potestate viduitatis mee Intuitu dei et pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus meis Deo et Ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbwelle et Canonicis—etc. et eorum successoribus donacionem et concessionem quam ALUREDUS DE DENE fecit Deo et ecclesie supradicte de Cumbwell et canonicis ejusdem loci et eorum successoribus super quatuor solidos annui redditus cum pertinenciis suis quos JOHANNES DE MEDHERST et parcenarii sui prefato ALUREDO de dono meo annuatim reddere consueverunt prout continetur in carta sua quam inde habet que talis est.

Sciant—etc. quod Ego ROESIA DE DOVOR in ligia potestate viduitatis mee Dedi concessi et presenti carta mea confirmavi ALUREDO DE DENE pro homagio et servicio suo quatuor solidos annui redditus quos JOHANNES DE MEDHERST et ejus parcenarii mihi annuatim reddere consueverunt de terra quam de me tenuerunt in MEDHERST juxta pontem EDELING ad duos terminos anni scilicet ad Nativitatem beati Johannis Baptiste duos solidos ad Nativitatem beate Marie duos solidos cum homagio sectis Releviis Escaetis et omni jure quod mihi vel heredibus meis aliquo tempore inde accidere poterit. Habendum et

[1] Eden-bridge.

Tenendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel cuicunque dare vendere vel assignare voluerit libere quiete Bene et In pace et jure hereditario in perpetuum. Et Ego predicta Roesia et heredes mei predictum redditum quatuor solidorum cum omnibus pertinenciis suis ut supradictum est predicto Aluredo et heredibus vel assignatis suis contra omnes gentes in perpetuum warentizabimus. Et ut hec—etc. presens scriptum sigillo mei impressione roboravi. Hiis testibus Domino Johanne de Esling Domino Roberto de Chileham Domino Willelmo Juvene Philippo de Burn Adam de Trymewrthe Simone Grim Henrico Longo Gilberto Syward Goldhauck de Lyesn Roberto Le Wereward Willelmo de Gypewiz Johanne Beneit Gilberto de Cruce et aliis.

Et ut hec mea concessio et confirmacio et predicti Aluredi donacio firma—etc. permaneat presens scriptum sigilli mei impressione pro me et heredibus meis roboravi. Hiis testibus Dominis Bertrammo de Crioll Johanne de Cobbeham Reginaldo et Willelmo fratribus ejus[1] Waltero de Dene Johanne de Cryoll Nicholao de Hadlo Thoma Abelyn militibus. Thoma de Okolt Willelmo de Cryoll Philippo de Burn Juliano de Bestan Et multis aliis.





*In dorso :* "Confirmacio Dne Roesie de Dovor super donacione Dni Aluredi de Dene," and by Le Neve, "Canonicis de

[1] I have conjecturally dated this as above, in default of closer evidence, as a little earlier than the succeeding Charter, (one of the son of that Alured

Cumbwell. Sigillum Roesiæ de Dovor." Also in early hand, "Medeherst."

---

=

Sir John de Cobham. Sir Reginald. Sir William.

---

## LXIX.

[Dated an. 1231.]

WALTER, *son of* AUFRID DE DENE, *confirms to the Priory of Cumbwell all the grants of his ancestors, to wit, the Dens of* BREUSINDEN, THEDWOLDINDEN, *and* MERILE, *and the royal service of two shillings, formerly paid at his court of* RAPETON, *but released by* AUFRID *his father.*

Sciant—etc., quod ego WALTERUS filius AUFRIDI DE DENE pro salute anime mee et animarum antecessorum et heredum meorum concessi—etc. Deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbwell et canonicis—etc. in liberam—etc. elemosinam do-

de Dene whose gift this confirms), and as not disagreeing with the particulars known to us of the donor herself, and of her witnesses Sir Bertram de Criol, and Sirs John, Reginald, and William de Cobham. Roesia de Dovor, the only child of Robert de Dovor, and heiress of the great Barony of Dovor, the "caput baroniæ" of which was at Chilham, is said to have been first married to Richard de Chilham (probably a cousin of her own), and secondly, in 1214, to Richard Fitzroy, a natural son of King John, of whom we only know that he left three children by her, and was dead before 1250. We have therefore to fix our date for this charter between 1217, the earliest that we can suppose for his death, and 1231, the date of the succeeding Charter. There is, however, a possibility that Roesia's "widowhood" was that caused by the death of her first husband, which would place the Charter probably about 1213; but this is less likely as well from the ages of the witnesses mentioned, as from the handwriting of the Charter itself. Roesia is said to have married later a third husband, Richard de Wilton. (Dugd. Bar. i. 462.)

It will be noticed that the female figure on her seal (unhappily mutilated), is flanked by two fishes, no doubt intended for *luces*, and adopted by reason of her descent from the family of Lucy. See also the seal of her grandfather, Fulbert de Dovor, engraved, from the Chartulary of St. Bertin's Abbey, in the fourth volume of our Archæologia, p. 214, and bearing his coat chequy charged with a fish, pretty evidently in right of his wife Roesia de Lucy.

naciones et confirmaciones factas jam dicte ecclesie ab antecessoribus meis videlicet totam dennam de Breusinden et de Thedwoldinden et Merile cum omnibus pertinentiis earundem. Preterea donacionem factam ab Aufrido patre meo de regali servicio quondam perveniente de prenominatis dennis cum suis pertinenciis et ad curiam de Rapeton pertinente assignato per cartam patris mei in duobus solidis annuatim eisdem canonicis solvendis ad constructionem duorum tereorum ad millam beate Marie Virginis. Ita quidem quod ego Walterus et heredes mei respondebimus de cetero de predicto regali servicio de dominico meo de Rapeton nullo jure nullo seculari servicio vel demanda vel curie secta vel quacunque alia exactione mihi vel heredibus meis in posterum de predictis terris vel earum pertinenciis reservatis. Set (*sic*) ego Walterus et heredes mei warantizabimus—etc. Et in hujus rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Facta autem hec confirmacio anno gracie m°. cc°. xxx°. i°. Hiis testibus Rogero de Sotindon Ricardo filio suo Waltero de Yntesie Willelmo de Wychel Philippo Rufo Willelmo de Brecchesden Willelmo Harepere Willelmo Poynant et multis aliis.






*In dorso:* "Walter de Den," and by Le Neve, "Carta Walteri filii Anfridi de Dene. terr. Breulinden Thedwaldsdene et

Merle et omnium donationum antecessorum Canonicis de Cumbwell. 1231."

---

Aufrid de Dene = 

Walter, alive 1231.

Roger de Sotindon = 

Richard.

---

Kent Archaeological Society is a registered charity number 223382
© Kent Archaeological Society